



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 2. Agnoitæ & Tritheitæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Sæculum VI. eumque deponerent. Igitur Pelagius
A. C. 538. Antiochiam & deinde Jerosolymam ve-

nit, unde cum duobus Patriarchis & qui-
busdam Episcopis Gazam delatus est.

Leont. Sæc. Ibi Paulo deposito in ejus locum Zoilum
Att. 5. Patriarcham Alexandrinum ordinarunt,

qui etiam sicut Paulus Concilii Calcedo-
nensis Fidem profitebatur.

§. II.

Agnoitæ & Tritheitæ.

Interea Eutychiani seu Acephali quoti-
die in novas Sectas abibant. Theodo-
sius Alexandrinus, cum Constantinopoli
versaretur, occasio fuit, ut Agnoitarum
Secta nasceretur; nam exorta quæstione
*Marc. 13.32. super Domini Nostri Verba: *Hora Ju-**

dicii neminem scire, () neque Filium,*

an

(*) Hæc Christi Domini assertio Cardinalem
Gotti permovit, ut dubitaret, an Beati in Cœlo
Visione perpetua Orationes Fidelium in terra
existentium ad se directas, & futurorum quocon-
que demum tempore ad se dirigendas viderent,
quod deinde saltem arguere possent, quando
Judicii extremi dies esset adventura, & diceret,
eas per Revelationes successivas extra Verbum
cognoscere. Nihilominus non videtur adesse
ratio sufficiens discedendi a principio Theolo-
gico, secundum quod Beati omnia tam ad sub-
stantiam quam ad circumstantias suæ Felicitatis
pertinentia, nempe illa, quæ ipsorum Personas
tangunt,

an id JESus Christus qua homo ignoras- Sæculum VI.
 fet, Theodosius dixit, JESum Christum A. C. 538.
 id non ignorasse, eatenus cum Ecclesia
 Catholica sentiens. Imo etiam contra
 illos calatum strinxit, qui JESu Christo
 hanc ignorantiam affingebant, & idcirco
 Agnoitæ dicebantur, nam ἀγνοεῖν Græce
 significat ignorare. Dicebant, hanc i-
 gnorantiam Christo non minus conve-
 nientem fuisse, quam dolores, quos sen-
 fit,

Aff. 10.

tangunt, & absurdum non involvunt, uno con-
 spectu & perpetuo vident. Ita docet S. Augu-
 stinus citatus a S. Doctore L. 15. de Trinit. c. 16.
*Non enim erunt volubiles cogitationes nostræ,
 ab aliis in alia eentes atque redeentes, sed om-
 nem scientiam nostram uno simul conspectu vide-
 bimus.*

Eundem sequitur S. Thomæ Doctrinam ex-
 plicans Clarissimus Mezger. Disput. X. Art. III.
 Jam vero modus concupiscendi sequitur modum
 cognoscendi; nimirum qualis est Visio Beato-
 rum tale etiam est eorum Desiderium Clienti-
 bus suis succurrenti, id est, perpetuum, estque
 hoc Desiderium, seu Charitas in proximum, O-
 ratio, non quidem modo formalis, sed eminente
 & perfectissimo; nam formalis oratio involvit
 spem obtinendi, quod petitur; sed Beatorum
 Statui repugnat, ut sint suspensi, & ulterius a-
 liquid sperent. Imo secundum S. Thomam &
 Cardinalem Gotri Beati in Cælo nihil a Deo
 petunt, nisi quod concessurum vident.

Sæculum VI. sit, cumque esset nobis simillimus, ea,
A. C. 538. quæ nos ignoramus, ipsum quoque igno-
 rasse. Itaque secedentes a Theodosianis
 Conventus separatos egerunt.

Sub idem tempus, quo Theodosius
 Constantinopoli morabatur, initium ce-
 pit Tritheitarum Error, qui Joannem
 Grammaticum Alexandrinum cogni-
 mento *Philoponus*, id est, laboriosum, ha-
 buit Auctorem. Is Catholicis objicie-
 bat, quod si duas Naturas confiterentur,
 etiam necessario duas Hypostases essent
 admittendæ. Respondebant; Naturam
 differre ab Hypostasi, alias enim in Tri-
 nitate tres Naturas fore admittendas,
 cum adsint tres Hypostases. Philoponus
 fatebatur hoc consequi, & in Trinitate
 tres Naturas particulares præter unam
 communem, secundum Philosophiam A-
 ristotelis admittebat. Proinde tres esse
 Deos docebat, unde ipsius Sectatores Tri-
 theitæ appellati. Philoponus etiam con-
 tra Resurrectionem scripsit, docens, Ani-
 mas non iisdem rursus uniri corporibus.
 His non obstantibus Religionem Chri-
 stianam profitebatur, eamque propugna-
 vit aduersus Proclum ex Lycia Philoso-
 phum Platonicum, illa ætate luce fruen-
 tem; is enim Religionem, quam con-
 temnebat, adductis octodecim argumen-
 tis impugnaverat.

Phot. Bibl.
n. 21.

Niceph.
XVIII.
6.47.48.

Suid. in
Proc.

§. III.